Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



sup egros manus ponet et bene
habebunt. Item nonne mirabile
fuit. Loqui uariis linguis
Act. Loquebantur uariis linguis
apli magnalia dei. Item apli
nec minis nec suppliciis po
terant retrahi a nomine xpi predi
cacione. sicut in Act. Quia pontifi
ces et pharisei celis denunca
uerunt aplis. ne ultra in nomine
ihu loquerentur. Tunc petrus
respondens. Obedire deo oportet
magis quam hominibus. Deq. Ibant
apli gaudentes a conspectu
concilij. quia dignu habiti sunt
p nomine ihu contumelia pati.
Item nonne mirabile fuit quod
duodecim pauperes homines in
breui tempore dilatabant no
men xpi p omnes partes mundi
ut reges et principes qui prius
habuerunt illud despectui. mo
riendum sine ipo dampnati. et
pro defensione ei exponant
se morti. sicut apparuit in Tyro
et vespeliano. et sic de aliis.
Vnde ps. Dnne dns nr quam ad mi
rabile est no. t. in vniuersa. ¶
Tertio nomen xpi est formida
bile reprobis. i. dyabolo. et
omnibus qui eum persequendo sicut pa
gani. uel detrahendo sicut iudei.
et hereticis. uel male uiuendo sicut
mali xpiani impugnant istud
nomen. Quia uenient tempus quum
ihs xpus ponet inimicos suos
scabellum pedum suorum. i. in infer
num qui est subtus. secundum illud ysa.
Celum mihi sedes est. terra autem
scabellum pedum meorum. Tunc oportebit
eos timere et reuereri nomen illud
quod ipsum habuerunt despectui. quia
uidebunt illum exaltatum coram omni
mundo. et super totum mundum usque
ad honorem diuine maiestatis
quem ipsum persecuti sunt usque ad mor
tem crucis. vnde apostolus ad philip.
Expe factus est pro nobis obedi
ens usque ad mortem mortem autem
crucis. propter quod et deus exaltauit
illum et dedit illi nomen quod est
super omne nomen. ut in nomine dni
flectatur omne genu celestium et
terrestrium et infernorum et tunc
miseri peccatores dicent montibus. Cadite super nos. et collibus
operite nos a facie agni. et qui
quia certe secundum sententiam. Videbunt
iudicem iratum super se. infernum
patentem subtus se. pecuniam accusantem
ante se. mundum ardentem retro
se. infinita demonia ad suppli
cium trahentia circa se. fugere
erit eis impossibile. apparere in